

ne id vobis fraudi sit, liberè sententiā dicere. Quae enim
non propalari volueritis, mihi concedita bonā fide serva-
bo. Deus O. M. conatibus omnibus vestris in Eulegiis et
scholijs adificandis clementer benedicat. Vale 4. April
1598.

D. Pistori

Salutem.

Reverende frater, amice honorande in Christo, per
mensibus superioribus mihi quendam commendare, et
mittere ados Eichenstadij Typographia libellos,
quos habui pergratos: ita occupacionibus distin-
ctus, ut illis respondere non daretur: inter in-
vix occasiones ad vos scribendi fuerunt. Nunc
idoneam oblationem volui negligere D. Maury Colle-
ga tuus, et D. Gnablenus inter alia de controversia
vestra et de exarcepsos iudicium meum per-
tentati sunt, quod paucis illis exposui, et quibus
etiam i me petebas, ad te perscribere feci, si-
cut est visum. Audio controversiam de materia ju-
sticia vestra, sitne sola passiva, an et activa ju-
sticia Christi? Per passivam autem audio in-
telligi solam Christi mortem: per activam au-
tem legem opus vitam. Videte ne Satanas vos ob-
curreat & vulnus fanè lethale eulepsie ve-
stris infliget, nisi providetis. Si enim ad vultus
eorum iures certamen vestrum emanaverit,
quos plausus illi attollent? et quante san-
ctorum auctores vos existiteritis? Partitio ita
nec Scripturis nota est, nec Theologi, Lutheri, et
Melancthonii, Albrino et alijs: an mihi quidem
videtur ansa esse magna ad fluxum. Quasive,
vbi in activa, quam vocant, obedientia, non sint
passiones innumerae: in passiva contra passiones

multa. Quae igitur materiam iustitiae nostrae sic bipartit
 untur, aut etiam tripartitur, ut in morte remissi
 nem peccatorum, in activa obedientia iustitiam, in
 habituali sanctitate originalis mali sequentium et
 abundant, subtilitas videtur rem explicare quam
 ipsa scriptura, et non parum periculosum, nec quidem
 iudicio. Quomodo enim de tra reche fides nostra,
 partem iustitiae hic, partem ibi, partem alibi quae
 vere iusta? Imo quomodo non derogabitur sanguini Christi
 si non iustificare negabitur. Et quomodo mortu
 us Christus si iustitia nostra ex vita ejus antegressa?
 Rursus si iustitia materia dicatur mors sola, quomodo
 antegressa humilitatis, forma servi assumpta, servit
 legis, egestas, exilia, persecutiones, fames, sitis, mi
 seria, illusiones, vincula, et denique crucifixio ipsa!
 Quibus sane omnibus Christus homo sanctissimus
 ex regula iustitiae divina per se minime fuit obnoxius.
 Ha igitur haec omnia ex meritis excludi poterunt
 quae non nisi nostro respectu, nostra causa subit.
~~itaque~~ quae totidem fuerunt mortis, et certe con
 finia quadam passio filii Dei pro nobis. Ego igitur
 rem breviter sic exponere soleo. Univer sum humi
 liationis obedientiam, quae morte terminatur, meri
 ti rationem habere nobis imputati per fidem, atque
 adeo orthodoxis sanguinis et mortis nomine con
 feri. Quomodo inquit? Primum distinguo in Chri
 sto iustitiam personae, et iustitiam meriti, quasi gemi
 nam vestem, ut loqui solebat Ursinus praeceptor me
 quorum priore Christo ipse transierat. Alteram
 hominis, nostram tegens nuditatem et sordes. Iustitia
 personae divina et humana est, tunc essentialis illa ju
 stitia deitatis, tunc formalis illa, antistat humani
 tatis, quae Christus Deus est homo, et esset purus,
 iustus, sanctus in vita et in morte. Tales

omni nobis conueniebat Pontifex, iustus, separatus a
peccatoribus. Et hoc purissimo principio fluxit iustitia
meriti, hoc est, universa humilitatis obedientia, tam in vita,
tum maxime in morte elucens, de qua tota perficitur
fides, ut apostolus sine partitione, sine exclamatione ulla,
cum, inquit, in forma Dei esset, exinauit se ipsum, formam
serui accipiens, factus obediens usque ad mortem,
mortem autem crucis, item: factus pauper, propter
nos, ut nos illius paupertate dilectemur, item: Si obedi-
entia unusquisque constituitur multi. Utique, igitur
iustitia per totam vitam Christi perficitur. Sed per
terram maxime in morte eluxit, tanquam in conspectu
re: unde et hanc persequens scriptura fidem nostram
remittit. Ad hanc igitur non sola referri potest
passio extrema, sed et tota integre vita sancti-
ssima, ab ipso infatigabilis obedientia exerce-
re debet, quatenus fuit seruus legis et misericordiae prae-
dictae sponte suscepit. Interim principium formale
huiusmodi obedientiae fuit iustitia illa perso-
nae divinae et humanae, à qua pendunt totius
meriti dignitas. Haec sententia, quae est sine dila-
tione scripturarum consensanea, et à Theologis maioribus
nostris probata, credo omnibus posse satis fieri, modo car-
dide eos agatur, neque quae rursus nobis in scriptis. Audite
in vestra Ecclesia propter hanc causam prope ad exclusum
nos ventum. Ne, quae se, mi frater, statim precipienda
potius edificare nos cum spiritu mansuetudinis et lenita-
tis: et cogita totum hanc rem tibi explicari posse, ut neque
periculosa illa partitione iustitiae Christi, quae quidam fra-
tres cum vestris offendit, utantur, ego (ut ingenue fatear)
ut non soleo, neque contra istam illam exclamationem humilitatis
antegressa, quae vos alios fratres offendit, multum sub
opus. Haec paucis, mi frater, ad superiores tuas de hoc
argumento, ut quidem ad amplexum mihi dixeris, respon-
dere est visum: quae si tibi satis facient, oris quod mihi scri-
beris. Si autem, in meliorem tamen partem inter specta-
beris, et de re tota amplius cogitandum tibi esse cogitabis. Bene
vale. Heidelbergae, post festum à Patri ad Calcedonem. 1598.